

1704. X, 5-41 — Carta de Julião Medias a el-rei D. Manuel I, na qual diz que lhe enviara um livro de música. Roma, 1515, Janeiro, 10. — *Papel, 2 folhas. Bom estado.*

Serenissime et gloriosissime rex et domine domine observantissime humiliter commendo premissis.

Mitto librum musices nuper exaratum ad Majestatem Tuam quo cum a rebus maximis animum affectum relaxare poteris.

Est non per jucunda musices oblectatio et curarum levamentum ut cum Boetio loquar. Quare et si donum hoc tenuissimum presertim amplitudini tuae videri possit obsecro tamen hilari fronte suscipere haud dedigneris pro tua humanitate que maxima predicatione servitutem meam animumque deditissimum Majestati Tuae saltem dignoscere vel hoc uno munusculo valebis siquid autem ex his regionibus exoptares mihi curam id efficiendi mandes velim non secus quod fidissimi caeteri desiderio tuo pro virili satisfacerem semper equidem mandatis Majestati Tuae paratissimum invenies cui humiliter me commendo quod faelississime valeatis.

Rome ex palatio apostolico die x Januarii MDXV.

Excelsae Vestrae Majestatis.

Humillissimus servitor Julianus Medices.

Sanctae Romanae Ecclesiae Capelanus Generalis.

*Verso:* Serenissimo et gloriosissimo principi et domino domino Emanuel Portugalli et Algarbii regi dominoque Capre.

(R. S. C.)